

## **Nova plantarum genera ... / publice proponit Leonhard Joh. Chenon.**

### **Contributors**

Chenon, Leonhard Johan, 1732-1808.  
Linné, Carl von, 1707-1778.  
Uppsala universitet.

### **Publication/Creation**

Upsaliae, 1751.

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/w5uxfmgh>

### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

D. D.  
DISSERTATIO BOTANICA

QUA

NOVA  
PLANTARUM  
GENERA

SUFFRAG. AMP. ET EXPERIENT. FAC. MED.

IN ILLUSTR. ACAD. UPSALIENSI,

SUB PRÆSIDIO,

NOBILISSIMI ET CELEBERRIMI VIRI,

DN. DOCT. CAROLI  
LINNÆI,

S:Æ R:Æ M:TIS ARCHIATRI,

MED. ET BOTAN. PROF. REG. ET ORD.

ACAD. IMP. N. C. MONSP. STOCKH. BER. TOL.

Ups. SOCII,

PUBLICEM PROPONIT

LEONHARD JOH. CHENON,

VERMELANDUS.

IN AUD. CAR. MAJ. AD DIEM XIX. OCT.

ANNI MDCCLII.

HORIS ANTE MERIDIEM SOLITIS.

---

UPSALIÆ.

IN S:AM R:AM M:TEM.  
MAXIMÆ FIDÆI VIRO,  
REVERENDISSIMO PATRI AC DOMINO,  
**DOCT. HENRICO**  
**BENZELIO,**  
REGNI SVIOGOTHICI  
ARCHIEPISCOPO,  
ACADEMIÆ UPSALIENSIS  
PROCANCELLARIO EMINENTISSIMO,  
*MÆGENATI OPTIMO.*

**Q**uæ. Jam. TE.  
PRÆSUL. REVERENDISSIME,  
Pro. Salute. Publica.  
Curæ. Circumstant. Graviores.  
Et. Multa.  
Quæ. Ex. Munere. Splendidissimo;  
Maximi. Momenti.  
TIBI. Incumbunt. Negotia;  
Consuetum. Mihi.  
Nimum. Ut. Vereor. Audaci.  
Ad. Sacrata. TUA. Limina.  
Facile. Præcluderent. Aditum.  
Nisi. Summa. Prorsusque. Singularis;  
Qua. Cunctos. Scientiarum. Cultores,  
*Amplecti*

Amplecti. Ac. Fovere. Soles.

Gratia.

Nec. Non. Maxima.

Quibus. Me. Sæpius. Cumulare.

Dignatus. Es.

Beneficia.

Trepidantem. Erigerent.

Et. Cunctantem. Porrecta. Quasi. Manu.

Allicerent.

Adspicias. Igitur.

MÆCENAS. MAXIME.

Submissa. Rogo. Veneratione.

Tenuem. Hunc. Florum.

Nuper. Detectorum.

Fasciculum.

Donumque. Levidense. Ex. Animo.

Ad. Urnam. Usque. Devotissimo.

Non. Ex. Dono. Animum.

Metiaris.

Meum. Erit.

Pro. Constanti. TUO. TUORUMque. Flore.

Ad. DEUM. Optimum,

Seriis.

Ecclesiæ. Patriæ. Reique. Literariæ,

Preeibus.

Suspiria. Mea. Adjungere;

Calidissima.

Ad. Cineres. Dum. Maneo.

REVERENDISSIMÆ, DIGNITATIS, TUÆ,

*Cultor. Devotissimus.*

LEONH. JOH. CHENON.

KONGL. M:JTS  
TROTJENARE och HÅRADSHÖFDINGE  
ÅDLE och HÖGACHTAD

HERR LEONHARD  
JOHAN RINGER,  
Gunstige Herr FARBROR.

Barnens tilkommande välstånd grundar sig til större delen på den öma vård Föräldrarna hafva om dessa sina. Men olyckliga de barn! som i sin ungdoms vår af Förlynen beröfvas denna tilflykten. Deras förlust är så mycket kånbarare, som de äro ofta få, af hvilka de Faderlöfas fördel med altvare befrämjas. Himmelen hade ej låtit mig räkna många år, då jag såg mig beröfvad en FAR, hvars huldhets och ömhet om mitt väl, gjorde saknaden så mycket odrågeligare, och åtanckan smårtefullare. Eder omsorg, min Herr FARBROR, bör jag till en stor del tillskrifva de lyckliga omskiften jag sedermera i min tilväxt fådt årfara. Edert öma deltagande uti mina angelägenheter har förbättrat mitt öde, befordrat min lycka, samt lindrat ett omildt ödes hårda medfart. En så stor erfaren gunst, vågar jag mig med en skånk, af obekanta och i detta mitt Academiska arbete beskrefna örter, at besvara; Des ringhet, tillåter den ej at vara mer, än ett teckn till min vördsamma erkånsla. Mottagen med en vanlig ynnest detta min vördnads vedermåle. För Herr FARBRORS beståndiga välmågo til en hög Ålder skall Allmagten med ifrig bön anropas af den, som önskar stedse få lefva

*Min Gunstige Herr FARBRORS*

ödmjukaste tjänare

LEONH. JOH. CHENON.

FRU PROBSTINNAN

HÖGÅREBORNA

FRU ELSA WALLVIK,

Min HULDASTE MODER.

**F**ast lyckan älskas högt hon stundom ringa hielper;  
Hon flygtigt far omkring, ej håller jemnan led;  
Hon snart uphöjer, snart en åter nederstielper,  
Snart ter sig lika nöjd. Så är des gamla sed.  
Men Han, som skådar alt ifrån sin boning dyra,  
Han ser, Han kan, Han vill des yrfel våldigt styra.

En dylik lyckans art jag tidigt måste pröfva:  
Jag än ej tie år af ålder fylla fådt,  
Då Himlen tåktes mig min Hulda FAR beröfva.  
Ett hinder för mitt vål: ett farligt lyckans skått.  
En oblid storm var se'n helt färdig att uprycka  
Min spåda lefnads rot, samt hindra all min lycka.

Ett skepp som styret mist, och mitt i hafvet vanekar,  
Nu höjs af vågen up, nu fänkes ned i quas;  
E hoppas det mer få i lugnet kasta anekar,  
Men anser haffens diup som för en låker graf:  
Så tycktes ock för mig förhoppning borta vara.  
Hvem kunde fria mig utur en dylik fara?

Jo, se!

Jo, se! en MODER Huld, hvars ömhet endast lindrat  
Den sorg, som quast min ro, och gjorde mig kul-  
na da'ar.

Des vårdnad onskans het neddämpat och förhindrat;  
Des omsorg för mitt väl min lycka främjat har.  
Ej finnas några ord, hvarmed Er gunst kan visas;  
Låt den då, hulda MOR, utaf min tyftnad prisas.

Se här en blomster-Krants ur långst aflågsna länder,  
Som lägges för Er ned. Tag gunstigt up, jag ber,  
En ringa skånck, som gifs af vördnadsfulla händer,  
Ett foster af den gunst jag niutit utaf Er.  
Tillåt ock, Hulda MOR, at jag med denna gåfva  
Ett hierta offerar up, som vill Er ynnest lofva.

Jag ståds skall trogen bön til Himla Magten sända;  
Hvars vishet styrer alt; Hvars godhet nåd betar.  
At Han all motgång från Er nådigt täcks afvända;  
Men med all hugnad och all sällhet kröna Er.  
Han öke Edra da'ar! hårpå mitt väl sig fotar,  
Och låt Er styrka nå, som sielfva döden hotar.

### MIN HULDASTE MODERS

Lydigste son

LEONHARD JOHAN CHENON.

## MIN HERRE.

**I**ngen har ymnigare anledning att vörda och prisaf den Stora Skaparens allvishet, än den, som med flit upföker och med agtsamhet betraktar de oändeligen många prof af Hans godhet och magt, hvilka uti det vidsträkt Naturens rike dageligen förekomma våra ögon. I lynnerhet kan den både någsamma och nyttiga Vetenskapen, som upräknar och beskriver de undrans vörda och nästan oräkneliga växter, hvarmed jorden allestädes prälar, lifligen föreställa och påminna oss, att all världen är full af Guds åra, och intet af Hans händes verk är så litet och ringa, att det ju vitnar om sin Mållares outgrundeliga visdom och härliga magt.

Jag skattar därför Eder, min Herre, med rätt lyckelig, som under en så Vidtberömd Lärares trogna handledande får beskåda naturens konststycken, samt tillika grundeligen lära, huru de samma til människrofstågets fördel böra och kunna användas. Den ofergade Dygd, som hos Eder lyser, förstår mig att i så betrakten örternas ätskilliga skapnad och nytta, att Skaparens kännedom hos Eder med ny vördnad beständigt uplifvas; och Er oförtrottna flit fågnar redan Edra vänner med ett visst och glädjefult hopp om en rik belöning för väl anlagd tid och möda. Det samma är öck nu min trogna önskan, den Himmelen med tusentalt sällhet råktes uppfylla. Lef väl.

MAGNUS MALMSTEDT.



# MIN HERR!

Sedan vår Svenska värld blifvit mera uplyst, har den ockfå begynt fätta värde på vetenskaper, som för ut varit hos oss främmande. Naturkunnighet och Mathematique hafva således på kort tid drifvits i vårt land ifrån en liten telning til ett högstammigt träd. Desse åro de vetenskaper, som tillföra Riken sällhet och belöna sina idkare med förnöjelse och ofta odödlighet. I Min värda vän, som nu framvisen ett nytt fynd i naturen, hafven varet lyckelig at välja Hufvudstudium. Sällhet, som med i-doghet och dygd altid sammanparas, skall således bli en viss belöning för Er flit; Då jag skall uti Er välgång ej taga mindre del än i min Egen.

J N. TENGMAN.

**Q**uidquid in Botanicis exstruxerunt veteres  
iam fere collapsum est, cum apto satis de-  
stitueretur fundamento. Quod vero robur  
scientia Botanica per hos octoginta annos  
cepit, adeo firmum est, ut nulla ratione concuti posse  
videatur. Consistit autem illud, in specierum solida  
definitione, certitudine generum innixa: Nam, con-  
tulis generibus, confundi omnia necesse est. *Cesalp. præf.* Quousque enim genera cognoscimus, eo  
etiam nostra in Botanicis notitia progreditur; Nullæ  
enim species certo distinguuntur, nisi antea constituta  
fuerint genera, his vero determinatis, facillime. I-  
gnorato enim proprio genere, nulla descriptio,  
quamvis accurate tradita, certam demonstrat plan-  
tam, sed plerumque fallit. *Cesalp.* Cum generibus  
itaque crescit Botanica, eorumque incrementa, in hac  
quidem scientia, vera sunt inventa. Futuro itaque Bo-  
tanico genera primum sunt pernoscenda, & quo plura  
distincta genera sibi habet perspecta, eo majores cen-  
sendus est fecisse progressus. Quæ cum ita sint, mihi  
semper genera primum perdiscendi fuit animus, quapro-  
pter etiam sedulo perquisivi, quænam nova & nuperri-  
me a Doctissimis Botanicis detecta fuere genera. Cum-  
que D. Prof. KALM nuper e Canada in Patriam re-  
dux, plurima detexerit nova genera, & Nobil. D.  
PRÆSES in suis scriptis, aliique, genera nova eaque  
varia, nondum in systemata Botanica introducta:  
aut characteribus suis naturalibus descripta, nominave-  
rint, rem Orbi Botanico non ingratham me facturum pu-  
tavi, si, commodam nactus occasionem, eadem heic propo-  
suero, quod ut eo distinctius fiat, in duas partes opuscu-  
lum hocce meum dispescam, quarum prior Genera A-  
mericæ septentrionalis, posterior vero Genera miscel-  
lanea continebit.



D. D.

PARS PRIOR.

GENERA AMERICÆ SEPTENTRIONALIS.

§. I.



ERECTIS priori seculo indefesso labore, ac descriptis, quæ in Europa crescunt, plantis, Botanicis campus quasi in hac telluris parte deesse visus est, quo, animos bene merendi studio calentes, & mira Rem herbariam exornandi cupiditate flagrantes, sese exercere ac satiare possent Botanici. Ut igitur ardorem suum in laudem Creatoris & commoda mortalium directum, explendi esset occasio, extra Europam, in remotissimis etiam terræ angulis, nova quærere objecta decreverunt. Hinc utriusque Indiæ, Africæ reliquique Orbis producta rimari, longaque instituere itinera cæperunt.

hic

Hic animus ita crevit, ut, circa finem prioris seculi, tot extra Europæ terminos virentes herbæ per quinquaginta ferme annos sint detectæ, quot multis licet seculis in Europa nunquam antiquiores invenire potuissent Botanici; studium vero idem adhuc fervet, quo factum est, ut dimidium hoc præterlapsum seculum permultas raras curiosasque extra Europam detexerit herbas. Testantur hoc numerosissimæ illæ species, quas *Tournefortius* in *Itinere Orientali*, Botanici *Rutheni* in *Asia septentrionali*, *Angli* in *America Boreali*, *Galli* in *America meridionali*, & *Battavi* circa *Caput Bonæ spei* detexerunt. Nostram etiam Nationem, bonis, quod ajunt, avibus, eadem jam cura tenet, ardentque Nostrates Botanici non minori cupiditate indolem ac præstantiam herbarum perspicieiendi, ex quo factum est, ut alma nostra *Suionia* etiam suos Botanicos ad exterarum emiserit regiones. Sic *Americam Borealem* petiit *Cel. D. Prof. KALM*, *Ægyptum Palestinamque* *Dn. Doct. HASSELQUIST*, *Chinam* *D:ni TERNSTRÖM, TOKEN & OSBECK* ut *D:num LÖFLING* reticeam, qui a Potentissimo *Hispaniæ Rege* hinc nuper evocatus, per *Hispaniam* *Historiæ Naturali* locupletandæ sedulam navat operam. Ex his *KALMIUM*, naturæ examine scrutatorem, itinere suo per *Pensylvaniam*, *Novum Eboracum*, & *Canadam*, regiones *Americæ* ad septentrionem vergentes, trium annorum decursu dextre confecto, in Patriam inde nuper reducem læti recepimus; ingentem enim ab istis

terris reportavit thesaurum non Conchyliorum solum, Insectorum & Amphibiorum, sed Herbarum etiam diversi generis ac usus, quas, tam siccas, quam vivas, allatis etiam seminibus eorum recentibus & incorruptis, adduxit. Postquam vero *Nob. Dom. Præses* hujus thesauri factus est particeps, Medicinæ ad hanc Academiam alumnis, mirandam hancce, scientiæque tantum splendoris adferentem, pretiosorum Naturæ operum collectionem, contemplari fuit integrum. Ego vero modeste petii, ut ad herbas adeo raras penitior mihi panderetur aditus, quo impetrato, tenuem hunc excerpfi fasciculum, quem Orbi Literato vel eo nomine aperire sustinea, quod sciam esse multos, qui amœnissimi hujus thesauri pleniorẽ expectent cognitionem. Hoc vero qualecunque mei in scientiam Botanicam amoris specimen, Tuo, C. L., favori & censuræ mitiori reverenter & officiosè commendo.

§. II.

Detecta primum AMERICA, Botanicorum attentioni in nova hac quasi tellure obvenerunt numerosissimi incolæ in Regno Vegetabili eo usq; ignoti; Ast cuncta ferme vegetabilia hoc tempore e tenebris eruta, ab America Australi sunt translata, cum tamen nec unicus quidem hætenus regiones Americæ septentrionalis pervestigasset.

CORNUTUS in *Historia plantarum Canadensium. Paris. 1635*, primus aliquot raras, licet paucas, septentrionalis Americæ herbas aperuit ac cum Botanicis communicavit.

BANISTER, Anglus, in Virginiam profectus magno flagravito desiderio novas indagandi herbas, quarum multas ad amicos suos in Angliam transmissit, una cum catalogo *rariorum CL plantarum*, quæ, ab eo in Virginia A:o 1680 collectæ, in *Raji Historia plantarum* p. 1926 sunt commemoratæ. At prærupta scandens mox infelici casu periit.

PLUKNETIUS in *Phytographia*. London 1691 & seq. multas in Virginia & America Boreali conquistas, a Banistero aliisque acceptas depinxit herbas, quæ numerum plantarum ex hisce terris apud Botanicos non parum augment.

BOBERTUS in *Historia plantarum Oxoniensi* Vol. 3 Oxonii 1699, magnam etiam Borealiarum plantarum catervam descripsit ac delineavit.

RAJUS in *supplemento historiae plantarum seu* Tom. 3. 1704 speciosas ac novas plantas in eadem regione a Krig, Vernon aliisque investigatas exhibuit.

CATESBY in *Historia Naturali Carolinae* Lond. 1731 & sequ. Folio. egregiam herbarum Americae septentrionalis collectionem profert, easque tam pulchre, ut ei compar fere nemo depinxerit.

GRONOVIVS in *Flora Virginica* 1739 & 1743 plures enumerat, quam reliqui omnes, qui ante eum Americae Borealis proposuerunt herbas, quas omnes *Johannes Clayton*, qui ipse in Virginia habitat, conquisivit. Illustris vero Gronovius easdem examinavit, synonymis instruxit, ad genera redegit, differentiisque specificis distinxit, ut  
huic

huic Viro, verum scientiæ hujus, quoad has quidem regiones, lumen, debeat Orbis Botanicus.

MITCHELL in *Actis Naturæ Curiosorum* 1748 plantarum Virginiensium genera XXX proposuit quorum alia omnino nova, alia accuratius exposita & ad unguem quasi explanata sunt.

COLDEN in *Actis Upsaliensibus* 1743 & 1744 plantas circiter CCL circa *Novum Eboracum* crescentes recensuit, easque characteribus tam genericis, quam specificis consignavit.

Auctores insuper varii varias Americæ septentrionalis plantas protraxerunt, & scriptis suis inseruerunt, uti DILLERIUS in *Horto elthamensi*, MILLERUS in *dictionary hortulanorum*, ANONYMUS in *catalogo herbarum, quæ venduntur Londini, Lond. 1630*, EHRET in *tabulis pictis*, Cl. D. PRÆSES in *Horto Cliffortiano*, ROYENUS in *Prodromo Floræ Leidensis*, aliique. Sic ad summum ferme fastigium plantarum Americæ Septentrionalis Floræ pervenisse visa est, usque dum Cl. noster KALMIUS, vastissimis spoliis ex hac terra contractis, Patriæ littora feliciter hoc anno tetigerit, cujus collectio plantarum dabit Floram Canadæ ditissimam, quæ facile certabit cum Floris fere omnibus, numero specierum & observationibus pulcherrimis, quam proximo anno cum Orbi Botanico serio expectamus nobisque pollicemur.

§. III.

GENERA nova, quibus America septentrionalis Botanicen auxit, septuagenarium superant numerum, adeoque intra hos arctos limites, plura quam usquam alibi terrarum extra Europam, sunt detecta. Cum autem solida Botanicæ cognitio generum niti debet notione, primum nota hæc genera recensere, deinde, quotquot obscure videntur proposita, annotationibus illustrare, nec non nova quædam orbique hætenus vel ignota vel minus cognita definire lubet.

DIANDRIA.

- Chionanthus 17 *Reoy. lugdb.*
- Dianthera \*) 29 *Gron. Virg.*
- Monarda 23 *Linn. gen.*
- Collinsonia 33 *Linn. Cliff.*

TRIANDRIA.

- Xyris 51 *Gen. plant.*
- Melothria 43 *Linn. Cliff.*
- Uniola 71 *Linn. Cliff.*
- Eriocaulon 81 *Gron. Virg.*
- Proserpinaca 1028 *Linn. act. Ups. Trixis Mitch.*
- Lechea *Kalm.*

TE-

\*) DIANTHERÆ fructus nondum descriptus sic se habet.

PER. Capsula clavata, inferne superneque decussatim compressa, bilocularis, bivalvis: valvulis navicularibus ungue elastico.

SEM. Solitaria, lentiformia.

Obs. Ex Fructu media est inter Justiciam & Ruelliam.



## TETRANDRIA.

- Knautia 91 *Lychni Scabiosa Boërb. Lugilb.*  
 Diodia 609 *Linn. Cliff.*  
 Houstonia 96 *Linn. Cliff.*  
 Ludvigia 113 *Linn. Cliff.*  
 Ptelea 112 *Gen. plant.*  
 Callicarpa 1026 *Linn. gen. Spondylococcus*  
*Mitchell. \*)*  
 Mitchella. *Symphoranthus, Mitchell.*  
 Polypremum 1023 *Linn. act. Ups. Sympho-*  
*ranthus Mitchell.*  
 Catesbæa 100 *Linn. Cliff.*  
 Hamamelis 125 *Linn. Gen. Trilopus Mitch.*

## PENTANDRIA.

- Hydrophyllum 151 *Tournef.*  
 Diervilla 171 *Tournef.*  
 Phlox 156 *Gen. plant.*  
 Dodecatheon. *Meadia Catesb.*  
 Claytonia 209 *Gen. plant.*  
 Ceanothus 1022 *Linn. Act. Ups.*  
 Itea 198 *Linn. act. Ups. Diconangia Mitch.*  
 Heuchera 235 *Linn. Cliff.*  
 Sarothra.  
 Aralia 303 *Tournef.*

HE.

\*) Plantam a recentioribus omnibus descriptam  
 uti a *Pluknetio, Catesbæo, Millero, Gronovio, Mit-*  
*chello, Act. Ups. &c.* tamquam novam nominavit nu-  
 per *Heisterus Burchardiam.*

HEXANDRIA.

- Aletris.  
 Tradescantia 316. Rupp.  
 Prinos 352 Gen. plant.  
 Uvularia 333 Gen. plant.  
 Menispermum 362 Tournef. ad. Paris.  
 Medeola 361 Gen. plant.  
 Melanthium 1015 Gen. plant.  
 Helonias.

OCTANDRIA.

- Oenothera 376. Onagra Tournef.  
 Rhexia 375 Gron. Virg.

DECANDRIA:

- Clethra 424 Linn. Cliff.  
 Gaultheria  
 Kalmia  
 Mitella 433 Tournef.  
 Hydrangea 435 Gen. plant.  
 Penthorum 457 Gen. plant.  
 Phytolacca 459 Tournef.

POLYANDRIA.

- Podophyllum 498 Anapodophyllum Tournef.  
 Sanguinaria 497 Dill. eltham.  
 Sarracena 492 Tournef.  
 Magnolia 546 Plum.  
 Liriodendrum 545 Linn. Cliff.

DIDYNAMIA.

- Trichostema 559 Linn. Cliff.  
 Bartsia 593 Gen. plant.  
 Schvalbea 608 Gron. Virg.  
 Mimulus 1029 Cynorrhynchium Mitchell.

Obolaria 620 *Gen. plant.*

Chelone. 600 *Tournef. act. Paris. Pentstemon  
Mitchell.*

MONADELPHIA.

Stevartia 1025 *Linn. Act. Ups. Malacoden-  
dron Mitchell.*

Napæa *Collins.*

DIADELPHIA.

Amorpha 689 *Linn. Cliff.*

Robinia 702 *Pseudo-Acacia Tournef.*

POLYADELPHIA.

Ascyrum 737 *Gen. plant.*

SYNGENESIA.

Helenia 796 *Heleniastrum Vaill.*

Rudbeckia 803 *Gen. plant.*

Coreopsis 804 *Gen. plant.*

Silphium 812 *Gen. plant.*

GYNANDRIA.

Limodorum 829 *Gron. Virg. Roy. Lugdb.*

MONOECIA.

Zea 846. *Mays Tournef.*

Zizania 863. *Elymus Mitch.*

Sicyos 888. *Sicyoides Tournef.*

DIOECIA.

Acnida. *Acnide Mitch.*

Nyssa 912 *Gen. plant.*

POLYGAMIA.

Panax 246. *Panacea Mitch.*

Gleditsia 908. *Melilobus Mitch.*

CRYPTOGAMIA.

Onoclea. *Angiopteris Mitch.*

Porella *Dill. Musc.*

MITCHELL in *Artis Naturæ Curiosorum Vol. 8: 1748* proposuit genera XXX plantarum Virginiensium, quorum aliquot plane nova sunt, aliquot a Nobiliss. D. PRÆSIDE aliis sub nominibus antea descripta, quippe D. D. Mitchell, cum adhuc in America hæserit, eaque A:o 1741 transmiserit, cuncta novissimaque scripta cognita habere nequivit; aliquot vero, accurata plantarum viventium inspectione oculari, propositis characteribus emendavit. Genera tamen aliquot, quoniam Cl. Auctor nullam specierum mentionem fecerit, excutere mihi non licuit\*). Sic ex XXX generibus Mitchelianis sequentia innotuere.

B 2

Tri-

\*) VITICELLÆ præcipue genus, cujus character quidem distinctissimus ab omnibus sese offert, attamen ignotis speciebus nullum facile genus assumimus; est autem ille

**CAL.** *Perianthium* decaphyllum: Foliolis exterioribus quinque brevioribus, lanceolatis, reflexis; interioribus quinaque longioribus, lanceolatis, erectis.

**COR.** Monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* calycis longitudine. *Limbus* quinquefidus, planus, obtusus.

**STAM.** *Filamenta* quinque, parva, brevia. *Antheræ* subrotundæ, ad collum corollæ.

**PIST.** *Germen* ovatum. *Stylus* semibifidus, filiformis, longitudine staminum. *Stigmata* subrotunda.

**PER:** *Capsula* ovata, unilocularis, bivalvis, colorata elastica.

**SEM.** duo, ovata, plano-convexa, callosa.

Trixis 23 *Proserpinaca*.  
 Spondylococcus 20 *Callicarpa*.  
 Symphoranthus 21 *Polypremum*.  
 Trilopus 22 *Hamamelis*.  
 Cynorrhynchium 3 *Mimulus*.  
 Malacodendron 16 *Steuartia*.  
 Erebinthus 8 *Cracca*.  
 Elymus 7 *Zizania*.  
 Melilobus 15 *Gleditsia*.  
 Diconangias *Itea*.

Genera, ad emendandos & illustrandos antecessorum characteres, proposita:

Melothria 17. Liquidambar. 12.  
 Dracontium 2 Diospyros 6  
 Orchidion 19 *Arethusa*  
 Panacea 26 *Panax*.

Genera, mihi obscuriora, quatenus species, unde sint sumta, certo perspicere non licuit.

Hediosmos 9 an *zizophora*? Myrrha 18  
 Garosmos 10. Corion 4. *Arenaria*?

Genera quæ ad alia forte amandari possunt.

Pentstemon 14 *Chelone*  
 Aphyllon 25 *Orobanche*  
 Helix 30 *Hedera*

Genera omnino nova, & idcirco eorum catalogo, quæ scientiæ augmenta præbent, adjicienda.

Chamædaphne 27 *Mitchella*  
 Memecylon 13 *Epigæa*  
 Aronica 1 *Orontium*  
 Leptostachia 11. *Phryma*.

*Areni*

Acnide 28 *Acnida*  
 Angiopteris 29 *Onoclea*.

§. IV.

His breviter indicatis, ad nova illa genera;  
 quæ tam collectæ a D. Prof. Kalmio Plantæ, quam  
 Ejus nobiscum communicata adversaria exhibent,  
 distincte proponenda pedem promoveo. Quæ  
 sunt

Lechea	Dirca
Sarothra	Kalmia
Aletris	Gaultheria
Helonias	Polymnia.

1074 LECHEA autore Cl. Kalmio.

CAL. *Perianthium* triphyllum: foliolis ovatis,  
 concavis, patentissimis, persistentibus.

COR. *Petala* tria, oblonga, calyce angustiora,  
 sed ferme longiora, concava.

STAM. *Filamenta* tria (interdum 4. 5), capillaria,  
 corolla longiora, pistillo incumbentia, æqua-  
 lia. *Antheræ* subrotundæ.

PIST *Germen* ovatum. *Stylus* nullus. *Stigmata* tria,  
 plumosa, undique dispersa.

PER. *Capsula* ovata, triquetra, trilocularis, tri-  
 valvis; insuper valvulis tribus internis conni-  
 ventibus versus exteriora.

SEM. solitaria, ovata, introrsum angulata.

1. LECHEA foliis lineari-lanceolatis, floribus  
 paniculatis.

Capraria foliis integerrimis. Gron. Virg. 75.

Scot.

Scoparia foliis tenuissimis in plurimos & tenuissimos ramulos divisa & subdivisa, floribus & fructu in summis ramulis præ parvitate vix discernendis. *Raj Suppl. 132.*

Camerariæ species, foliis viridibus longioribus, linearibus pilosis alternis, caule duro ligneo nonnihil hirsuto. *Clayt. Virg. 729.*

Habitat in pinetis aridis siccissimis Canadae.

Radix fibrosa, perennis, caules plurimos exserens. Caulis erectus, simplex, superne paniculatus, teres. Folia sparsa, linearia, erecta, integerrima, acuta, superne glabra, nitida, subtus subpubescentia, margine reflexo, Petiolis brevissimis. Flores numerosi, racemis terminalibus, pedunculatis. Obs. Versus radicem Rami oppositi vel terni, saepe etiam Folia quaterna, ovata, magis pilosa sunt.

Dicta est a Botanico eximio D D. JO. LECHE, Profess. Aboëns.

2. LECHEA foliis ovato-lanceolatis, floribus lateralibus. *fig. 4.*

Camerariæ an species, foliis latioribus oblongis subtus argenteis, caule rubro, capsula triloculari. *Clayt. Virg. 73.*

Habitat in aridis Canadae.

Caules purpurascens, teretes, Ramis simplicibus, alternis, remotis. Folia alterna, ovali-lanceolata, supra scabra, subtus tomentosa, margine reflexo, vix manifeste petiolata.

Flores 2, 3 s. 4 e summis ramulis

1075 SAROTHRA.

CAL. Perianthium monophyllum, quinque partitum

tum, erectum, persistens: laciniis linearibus, acutis.

COR. *Petala* 5 sæpius, lanceolato-linearia, obtusa, patula, calyce paullo longiora, decidua.

STAM. *Filamenta* quinque, filiformia, longitudine corollæ. *Antheræ* subrotundæ.

PIST. *Germen* ovatum. *Styli* tres, filiformes, longitudine germinis. *Stigmata* simplicia.

PER. *Capsula* oblonga, acuta, unilocularis, trivalvis, colorata.

SEM. plurima, reniformia, minima.

I. SAROTHRA.

Gentiana caule ramisque ramosissimis, foliis subulatis minimis. *Gron. Virg. 29.*

Centaurium minus spicatum, angustissimo folio, f. scopiarium marilandium novum. *Pluck. mant.*

43. t. 342. fig. 3.

Habitat in Virginia & Pensylvaniæ apricis, sylvaticis, arenosis.

Radix fibrosa, annua. Caulis erectus, teres, brachiatus, ramosissimus, cortice deciduo. Folia subulata, minima, opposita. Flores sessiles, solitarii, alterni. Capsulæ rubræ, ultra calyces exsertæ. Usus Cortex Inflammationes & Contusiones tollit. Sarotra a σαρωτρον scopis.

1076 ALETRIS.

CAL. nullus.

COR. Monopetala, ovato-oblonga, sexangularis, rugosissima, semitexfida: Limbi laciniis lanceolatis, acuminatis, patentibus, erectis, per-



persistens.

STAM. *Filamenta* 6, subulata, longitudine corollæ, inserta basi laciniarum corollæ. *Antherae* oblongæ, erectæ.

PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* subulatus, longitudine staminum. *Stigma* trifidum.

PER. *Capsula* ovata, triquetra, acuminata, trilocularis.

SEM. plurima.

Obs. STAMINA non alternantia cum corollæ segmentis, sed iisdem opposita, ut & COROLLA rugosissima & fere farinacea, distinctissimum reddunt genus.

I ALETRIS.

Hyacinthus caule nudo, foliis linguiformibus acuminatis dentatis. *Gron. Virg.* 38.

Hyacinthus floridanus spicatus, foliis tantum circa radicem brevibus, elato caule, floribus albis parvis striatis & velut lanugine s. pube elegantissime crispatis. *Pluk amalth.* 119 t. 437. f. 2.

*Suecis* Miölblomster.

Habitat in Pensylvania, locis tam siccis quam humidiusculis.

Radix subrotunda, vestita squamis foliorum rudimentis. Folia radicalia, plura, lanceolata, mucronata, glabra, nervosa. Scapus simplicissimus, erectus, teres, superne striato-angulatus, nudus. \*) Spi-

\*) VERATRUM caule simplicissimo. *Gron. Virg.* 195: Folia simillima huic plantæ gerit sed latiora, in cau-

*pica floribus sparsis, subsessilibus, erectis, albescentibus, exceptis Bracteis duabus, subulatis, parvis. Vis adicis Becchica, hinc apud indigenas Usus frequens infusi in Tussi, Pleuriticide.*

1077 HELONIAS.

CAL. nullus.

COR. Petala sex, oblonga, æqualia, decidua.

STAM. Filamenta sex, subulata, corolla paullo longiora. Anthera incumbentes.

PIST. Germen subrotundum, trigonum. Styli tres, breves, reflexi. Stigmata obtusa.

PER. Capsula subrotunda, trilocularis.

SEM. subrotunda.

HELONIAS fig. 1.

Habitat in Nova Suecia (Neu jersey) ad Pensneck, locis paludosis, sphagno obsitis

Radix carnea. Folia radicalia, lanceolata, nervoso striata, acuta. Caulis simplicissimus, erectus, teres, vestitus squamis aliquot lanceolatis, remotis, ad basin vero confertis, ovatis. Racemus terminalis, ovatus, purpurascens. Antheræ subceruleæ. Pedunculi simplicissimi, longitudine corollæ.

1078 DIRCA.

CAL. nullus.

COR. monopetala, clavata. Tubo superne ventricofiore, Limbo nullo, margine inæquali.

C STAM.

caule plura, & sæpius terna, cujus figuram, cum nullibi occurrat, sistimus in Tabulæ fig. 2.

STAM. *Filamenta* octo, capillaria, tubo medio inferta, corolla longiora. *Antherae* subrotundae, erectae.

PIST. *Germen* ovatum, apice obliquo. *Stylus* filiformis, staminibus longior, apice curvus. *Stigma* simplex.

PER. *Bacca* unilocularis.

SEM. unicum.

1 DIRCA. fig. 7.

Thymelaea floribus albis primo vere erumpentibus, foliis oblongis acuminatis, viminibus & cortice valde tenacibus. *Gren. Virg. 155.*

*Anglis* Leatervoud s. Moussevoud.

Habitat in paludibus, solo pingui humido.

Frutex altitudine humana. Facies *Daphnes Fl. su.* Flores sub frondescentia terni e singula gemma, pedunculis propriis brevissimis insidentes, nutantes. Ligni substantia tenacissima vix absque cultro frangenda. Cortex iridem tenacissimus.

1079 KALMIA.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, parvum persistens: Segmentis subovatis, acutis, tertiusculis.

COR. Monopetala, hypocratero-infundibuliformis. *Tubus* cylindricus, calyce longior. *Limbus* quinquefidus, disco plano, ambitu erecto, semiquinquefido, *Cornicula nectarifera* decem, extus e corolla prominentia, & ambientia corollam ubi Limbi ambitus erigitur.

STAM. *Filamenta* decem, subulata, erecto paten-

tentia, corolla paullo breviora, basi corollæ inserta. *Antherae* simplices.

**PIST.** *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis, corolla longior, declinatus. *Stigma* obtusum.

**PER.** *Capfula* subglobosa, depressa, quinquelocularis, quinquevalvis.

**SEM.** numerosa.

**Obi.** *Nectaria cornuta e Petalo extus prominentia, corollam ambientia distinguunt genus abunde a Bicornibus*

**1. KALMIA** foliis ovatis, corymbis terminalibus.

*Andromeda* foliis ovatis obtusis, corollis corymbosis intundibuliformibus, genitalibus declinatis. *Gron. Virg. 160.*

*Chamædaphne* foliis tini, floribus bullatis *Catseb. carol. 2 p. 98. t. 98.*

*Cistus Chamærododendros mariana laurifolia,* floribus expansis summoramulo in umbellam plurimis, *Pluk. mant. 49 t. 379. f. 6.*

*Succis Skedtråd. Anglis Laurel.*

Habitat in marilandia, Pensylvaniæ, Virginia sylvis declivibus versus rivos.

**Arbor** 6 pedum, crassitie brachii, sempervirens. Rami teretiusculi apice proliifero-compositi, sæpius terni. Folia alterna, ovato-oblonga, utrimque attenuata, coriacea, glabra, nitida, integerrima, fere avenia, petiolata.

**Corymbi** terminales. **Bractæ** ad exitum pedunculorum, octophyllæ, brevissimæ, acutæ. **Pedunculi** filiformes, nudi, pilis glutinosi adpersi. **Corollæ** purpureæ, albicantes, ante explicationem occultantes **Corniculis** nectariferis tanquam intra vaginam, antheras totidem.

Ufus: Lignum durissimum; hinc ad axes & durissima quæque. Radix flava certat cum Busso. Folia igni injecta crepitant instar salis. Esa ab ovibus, Bos, præsertim vitulis, equis, præsentaneum toxicum. Cervis capreolisque autem gratum alimentum. Arbor florens, ornamentum Floræ præstantissimum.

2. KALMIA foliis sublanceolatis, corymbis lateralibus.

Azalea foliis lanceolatis integerrimis, non nervosis glabris, corymbis terminalibus Gron. Virg. 21.

Cistus sempervivens laurifolia, floribus eleganter bullatis. Pluk. alm. 106. t. 161. f. 3.

Anonyma Duarf-Laurell. Cold. Novemb. 100.

Habitat in Pensylvaniæ, Novæ Cæsareæ, Novi Eboraci locis sterilibus, aridis, arenosis, apricis, calidis.

Frutex semipedalis, crassitie digiti, sempervirens.

Folia lanceolata s. lanceolato ovata, duplo angustiora quam præcedentis minusque consistentia.

Flores: Corymbi laterales, terni caulem ambientes, nec terminales (uti in præcedente). Flores minores, magis saturate purpurei.

Vis & usus præcedentis.

1080 GAULTHERIA. Kalm.

CAL. Perianthium duplex, approximatum, persistens. P. Exterius diphyllum, brevius: foliolis semi-ovatis, concavis, obtusis.

P. Interius monophyllum, quinquefidum, campanulatum: segmentis semi-ovatis.

COR. monopetala, ovata, semiquinquefida: Libo

bo parvo, revoluto. *Nectarium* corpusculis decem, subulatis, erectis, brevissimis; cingentibus germen intra stamina.

STAM. *Filamenta* decem, subulata, incurva, corolla breviora, receptaculo inserta. *Antheræ* bicornes: corniculis bifidis.

PIST. *Germen* subrotundum, depressum. *Stylus* cylindricus, longitudine corollæ. *Stigma* obtusum.

PER *Capsula* subrotunda, obtuse pentagona, depressa, quinquelocularis, quinquevalvis, undique tecta *Perianthio* interiore excreto in *Baccam* subrotundam, coloratam, apice perviam.

SEM. plurima, subovata, angulata, ossea.

GAULTHERIA. fig. 6.

Anonyma pedunculis arcuatis. *Cold. Novb. 98.*

*Succis Thebuske Canadensibus Sylvestribus Pollom.*

Habitat in Canada solo arido, sterili, arenoso.

Planta facie *Pyrolæ* aut *Vaccinii*, Radix repens. fruticulus *spitameus*, *sempervirens*, diffusus, vix ramosus, teres. Folia caulem terminantia, 3 s. 4, obverse ovata, glabra, coriacea, patentia: serraturis raris acuminatis. Flores solitarii, axillares, penduli, pedunculati. Calyx interior & Corolla alba. Fructus est *Bacca* subrotunda, coccinea, ex calyce interiore facta, intra quem *Capsula* occultatur, distincta nec lateribus adnata *Baccæ*, qui maturus decidit ex calyce exteriori.

Ufus foliorum in infuso; loco Thee.

Dixit plantam Cl. *Kalmius* a D. D. *Gaulthier*, Medico Canadensi, Botanicis eximio.

## 1081 POLYMNIA.

CAL. *Perianthium* commune subrotundum, decaphyllum, persistens. *Foliolis 5 exterioribus* ovatis, acuminatis, paullo longioribus, *Foliolis 5 interioribus* ovatis, obtusiusculis.

COR. *Composita* convexa, constans flosculis *Femineis* 5 in radio; *Hermaphroditis* plurimis in disco.

*Propria Radii* Tubo cylindrico, brevissimo: Limbo nullo. *Disci* infundibuliformis: ore quinquefido.

STAM. *Hermaphroditis Filamenta* quinque, *Antheris* in cylindrum connatis, corolla paullo longioribus.

PIST. *Hermaphroditis Germen* minimum. *Stylus* filiformis longitudine staminum. *Stigma* obtusum. *Femineis Germen* ovatum majusculum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi. *Stigmata* duo, revoluta.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. *Hermaphroditis* nulla.

*Femineis* solitaria, obverse ovata, gibba, introrsum subangulata, nuda.

REC. *Commune* planiusculum, imbricatum. *Paleis* ovatis, obtusis, longitudine flosculorum.

1. POLYMNIA. *fig. 5.*

Habitat in *nemoribus* *Canadæ* apud *sylvestres Nationes*, solo pingui declivi.

*Caulis* *Humane* altitudinis, crassitie calami anserini, varie ramosus, ramis alternis; *serioribus* longioribus,  
pilo-

*pilosus. Folia alterna, secundum nervos subvillosa, consistentia Sonchi, figura Osteospermi, suaveolentia; Ramorum folia triangulo-hastata, subdentata, petiolata; summa folia linearia. Flores subrotundi, in Pedunculis terminalibus, ramosis.*

1082. ARETHUSA. Gron. Orchidion Mitch, 19.  
CAL. nullus, nisi spathæ spuria.

COR. ringens. *Petala* 5, oblonga, subæqualia, duo exteriora, omnia conniventia in galeam.

*Nectarium* monophyllum, basi tubulosum intra corollæ fundum, bipartitum:

*Labio inferiore* reflexo, lato, rugoso, longitudine petalorum, propendente.

*Labio interiore* lineari, tenerrimo, stylo adnato, apice lobato.

STAM. *Filamenta* duo, brevissima, pistilli apici infidentia. *Antherae* ovatae, compressae, tectae duplicatura labii interioris nectarii.

PIST. *Germen* oblongum infra receptaculum. *Stylus* oblongus, incurvus; labio interiore nectarii vestitus. *Stigma* infundibuliforme.

PER. *Capsula* oblongo-ovata, unilocularis, trivalvis, angulis dehiscens.

SEM, numerosa acerosa.

i ARETHUSA scapo vaginato, spatha diphylla.  
*Arethusa Gron. Virg. 184.*

*Serapias bulbis subrotundis, caule unifloro*  
*Aët. Ups. 1748 p. 24.*

*Orchidi affinis aquatica verna exigua. Gron*  
*Virg. 110.*



Helleborine mariana monanthos, . flore longo purpurascente liliaceo. *Pluk. mant. 100. t. 384. f. 5.*

Helleborine mariana, bupleurifolio angustissimo, purpurascente flore; caule aphylo. *Pluk. Mant. 100.*

2. ARETHUSA scapi folio ovali spataceo lanceolato. Cypripedium radice fibrosa, folio ovato-oblongo caulino. *Act. Ups. 1740. p. 25.*

Cypripedium folio caulino ovato-oblongo terminali lanceolato plano. *Hort. Cliff. 430. Gron. Virg. 110.*

Helleborine virginiana, ophioglossi folio *Pluk. alm. p. 182. t. 93. f. 2.*

1083 MITCHELLA. Chamedaphne *Mitch. 27.*

CAL. Flores bini eidem germi insidentes.

*Perianthia* duo distincta, quadridentata, erecta, persistencia.

COR. monopetala, infundibuliformis: *Tubo* cylindrico: *Limbo* quadripartito, patente, intus hirsuto.

STAM. *Filamenta* quatuor, filiformia, erecta, intra sinus corollæ. *Antherae* oblongæ, acutæ.

PIST. *Germen* didymum, orbiculatum, infra receptaculum florum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigmata* quatuor, oblonga.

PER. *Bacca* bipartita, globosa, disjunctis umbilicis.

SEM, quaterna, compressa, callosa.

MITCHELLA.

Chamædaphne. *Mitch. Gen. 27.*

Lonicera foliis subovatis, germine bifloro, corollis interne hirsutis, stylo bifido, *Gren. Virg. 22.*

1084 ZANTHOXYLUM. *Hort. Cliff. Cold,*

CAL. Perianthium quinquepartitum: foliolis ovalibus, coloratis.

COR. nulla.

STAM. Filamenta 5 (4 - 6). Antheræ didymæ, fulcrae.

PIST. Germina 3 (4 - 5), basi pedicello unita. Styli laterales, apice convergentes. Stigmata obtusa.

PER. Capsula numero germinum, convergentes in globum pedicellatum.

SEM. solitaria, protuberantia.

OBS. Numerus *multum in hoc genere variat.* plurima suadent Dicoeciam arboris.

1. ZANTHOXYLUM *Hort. Cliff. 487.*

Zanthoxylum spinosum, lentisci longioribus foliis, evonymi fructu capsulari. *Catesb. carol. 1. p. 2. 6. t. 96.*

Aralia arborea aculeata. *Cold. novebor. 68.*

1085 DODECATHEON.

CAL. Perianthium monophyllum, semiquinquefidum, persistens: laciniis reflexis, demum longioribus, persistentibus.

D COR.

**COR.** Monopetala, quinquepartita. *Tubus calyce brevior.*

*Limbus retroflexus: laciniis longissimis, lanceolatis.*

**STAM.** *Filamenta* quinque, brevissima, obtusa, tubo infidentia. *Antheræ sagittatæ, conniventes in rostrum.*

**PIST.** *Germen* conicum. *Stylus* filiformis, staminibus longior. *Stigma* obtusum.

**PER.** *Capsula* ovato-oblonga, unilocularis, apice dehiscens.

**SEM.** plurima, parva. *Receptaculum liberum parvum.*

**I. DODECATHEON.**

*Meadia. Catesb. car. 3. p. 1. t. 1.*

*Auricula ursi Virginiana, floribus albis boraginis instar rostratis, cyclaminum more reflexis. Pluk. Alm. 62. t. 79. f. 6. Raj. suppl. 510.*

*Habitat in Virginiae nemoribus.*

*Plantæ habitus Primulæ, flores Cyclaminis. Radix perennis. Folia radicalia obverse ovata, serrata, glabra, involuta. Scapus nudus, foliis longior, involucri minimo: Umbella simplex: floribus pedunculatis. Flores embryones erecti, mox nutantes, tum elevati cernui, demum florentes nutantes.*

**1086 ORONTIUM. Aronia Mitch. 1.**

**CAL.** *Spadix* cylindricus, simplicissimus, tectus flosculis.

*Spa-*

*Spatha* nulla. *Perianthium* nullum nisi corollam velis.

**COR.** *Petala* 6, peltata, subrotundo - angulata, persistentia.

**STAM.** *Filamenta* 6, brevissima, ensiformia, intra *Petala* singula. *Antheræ* didymæ, oblongæ.

**PIST.** *Germen* subrotundum, depressum. *Stylus* nullus. *Stigma* subrotundum, bifidum.

**PER.** *Folliculus* tenuis, cum corolla immersus spadiei.

**SEM.** unicum, rotundum, fungosum.

**1 ORONTIUM.** *fig. 3.*

*Arum* folio enervi-ovato. *Gron. Virg. 113.*

*Arum* aquaticum minus s. *Arisarum* fluitans, pene nudo, virginianum. *Pluk. Manr. 28.*

*Arum* fluitans pene nudo. *Ban. Virg. 1926.*

Habitat ad scaturigines & in paludibus Virginiae, Canadae

**Radix** alte descendens. **Scapus** teres, longus, glaberrimus, pallidus, punctis fuscis. **Folia** lanceolato-ovata, acuminata, integerrima, glaberrima, petiolata. **Pedunculus** sub spica s. spadice, lactea albedinis.


**1087. EPIGÆA.** *Memecyllum Mitch. 13.*

**CAL.** *Perianthium* duplex, approximatum, persistens. *P. exterius* triphyllum: **Foliolis** ovato-lanceolatis, acuminatis: **exteriore** majore.

*P. Interius* quinquepartitum, erectum, **exteriore** paullo longius: **Foliolis** lanceolatis, acuminatis.

D 2

COR.



**COR.** monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* cylindricus, calyce fere longior, intus hirtus. *Limbus* patens, quinquepartitus: Lobi ovato-oblongis.

**STAM.** *Filamenta* decem, filiformia, longitudine tubi, basi corollæ affixa. *Anthere* oblongæ, acutæ.

**PIST.** *Germen* globosum, villosum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* obtusum subquinquefidum.

**PER.** *Capsula* subglobosa, depressa, pentagona quinquelocularis, quinquevalvis.

**SEM.** plurima, subrotunda.

**REC.** magnum, quinquepartitum.

**I. EPIGÆA.**

*Arbutus* foliis ovatis integris, petiolis laxis longitudine foliorum. *Gron. Virg.* 49.

*Pyrola repens*, foliis scabris, flore pentapetaloides fistuloso. *Raj. Suppl.* 596.

*Pyrolæ affinis virginiana repens fruticosa*, foliis rigidis scabritie exasperatis, flore pentapetaloides fistuloso. *Pluk. Alm.* 309. t. 107. f. 1.

Habitat inter pineta solo arido arenoso sterili.

*Suffrutex repens, sempervirens.* Ramis teretibus, villis ruffis adspersis. Folia alterna, cordato-ovata, coriacea, integerrima, petiolata; Petiolis longitudine fere foliorum, supra planis, adspersis villis ruffis s. ferrugineis. Racemus terminalis.

1088 TIARELLA.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, foliolis ovatis, acutis, persistentibus.

COR. *Petala* 5, ovata, longitudine calycis.

STAM. *Filamenta* 10, subulata, corolla duplo longiora. *Antheræ* subrotundæ.

PIST. *Germen* bifidum, desinens in *Stylos* duos; *Stigmatibus* simplicibus.

PER. *Capsula* oblonga, unilocularis, bivalvis: valvulis planiusculis, altera duplo longiore.

SEM. plurima, ovata, nitida.

1 TIARELLA foliis cordatis

Mitella scapo nudo. *Hort. Cliff.* 167.

2 TIARELLA foliis ternatis.

Mitella foliis ternatis. *Plant. Camsch.* 13.

*Quantum differat hoc genus a sequenti\*)*, patet conferenti characteres.

1989

\*) 413 MITTELLA. *Tournef.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, femiquinquefidum, campanulatum, persistens.

COR. *Petala* 5, multifido-capillaria, calyce duplo majora, calyci inserta.

STAM. *Filamenta* 10, subulata, calyci inserta, corolla breviora. *Antheræ* subrotundæ.

PIST. *Germen* subrotundum, bifidum. *Styli* vix ulli. *Stigmata* obtusa.

PER. *Capsula* ovata, unilocularis, bivalvis: valvulis planis, æqualibus.

SEM. Plurima.

MITELLA scapo diphylo. *Hort. Cliff.* 167.

MITELLA scapo nudo. *Plant. camsch.* 13.

1089 NAPÆA. *Clayt.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, teres, urceolatum, persistens.

COR. *Petala* 5, oblonga, concava, patula, unguibus oblongis connexa.

STAM. *Filamenta* multa, capillaria, calyce longiora, inferne connata in columnam cylindricam. *Anthere* subrotundæ, compressæ.

PIST. *Germen* conicum. *Stylus* cylindricus, superne decempartitus. *Stigmata* simplicia.

PER. ovatum: *Capsule* conniventes, acutiusculæ, muticæ.

SEM. solitaria, reniformia.

OBS. *Datur species* dioica.

*Differt a SIDA calyce non angulato, sed tereti & stigmatibus simplicibus, nec capitatis*

1 NAPÆA hermaphrodita glabra.

*Sida* foliis palmatis: laciniis laciniato-attenuatis.

*Hort. Cliff. 386. Hort. Ups. 198.*

*Althea* virginia, ricini folio. *Herm. lugdb. 22. t. 23.*

*Habitat in Virginia.*

Hujus *Folia spithamea*, sequentis *pedalia*

*glaberrima* - - - *utrinque scabra.*

*basi plana* - - - *basi contorta*

*Stipulæ subulatæ* - - - *lato lanceolatæ*

*Flores majores hermaphroditi* - *Minores dioici*

*Pedunculi teretes* - - - *Angulato striati*

*nudi pauciflori* - - - *Involucro ad divis.*

2 NAPÆA dioica scabra.

Abu-

Abutilon folio profunde dissecto, pedunculis multifloris. *Ehret. t. 8. Mas. t. 7. f. 1. femina*

Althæa magna, aceris folio, cortice cannabino, floribus parvis, femina rotatim in summitate caulium, singula singulis utriculis rostratis cooperta ferens. *Banist. Virg. 1928.*

Habitat in Virginia.

Feminei flores *stamine cylindrico evenato, nec in filamenta antherifera diviso differunt a mare destituto pistillis.*

Napæa a *ναπή saltus.* Napæa *nympha sylvarum.*

1090 CRACCA. *Fl. Zey. 1. Erebinthus. Mitch. 8.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, semiquinquedum: Laciniis subulatis, binis superioribus minoribus, infima longiore.

COR. Papilionacea. *Vexillum* magnum, subrotundum, planum. *Alæ* oblongæ, obtusæ, rectæ, vexillo breviores. *Cavina* dipetala gibba, compressa, longitudine alarum.

STAM. *Filamenta* diadelpa: simplex & novemfidum. *Antheræ* decem, oblongæ.

PIST. *Germen* oblongum, compressum. *Stylus* asurgens. *Stigma* reflexum, simplex.

PER. *Legumen* oblongum, bivalve, isthmis interceptum.

SEM. plura, quadrato reniformia.

Obs. *caulis non scandens, folia pinnata cum impari*

1. CRACCA leguminibus retrofalcatis compressis villosis spicalis, calycibus lanatis, foliolis ovali-oblongis acuminatis. Clio.



- Clitoria foliis pinnatis, caule decumbente. *Hort. Cliff. 48 Gron. Virg. 83.*
- Elymus. *Mitch. gen. 210.*
- Orobus virginianus, foliis fulva lanugine incanis foliorum nervo in spinam abeunte. *Pluk mant. 142*
- 2 CRACCA leguminibus retrofalcatis villosis pendulis, racemosis lateralibus, foliis glabris lanceolatis. *Fl. Zeyl. 299.*
- 3 CRACCA leguminibus strictis adscendentibus glabris, stipulis lanceolatis, foliolis oblongis glabris striatis. *Fl. Zeyl. 300.*
- 4 CRACCA leguminibus strictis adscendentibus glabris racemosis terminalibus, stipulis subulatis, foliis oblongis glabris. *Fl. Zeyl. 301.*
- 5 CRACCA spicis lateralibus pedunculatis, leguminibus strictis pendulis, foliis emarginatis subtus villosis. *Fl. Zeyl. 302.*
- 6 CRACCA leguminibus binis lateralibus glabris, foliolis emarginatis subtus sericeis, caule fruticoso. *Fl. Zeyl. 303.*

1091 ACNIDA. Acnide Mitch. 28. mas.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: Foliolis ovatis, concavis, acutis, margine membranaceis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima.

*Antheræ* versatiles, biloculares, utrinque furcatæ.

\*) *Femina in distincta planta.*

CAL.

**CAL** *Involucrum* polyphyllum, lineare, deciduum.  
*Perianthium* diphyllum, lineare, minimum  
 persistens.

**COR.** nulla.

**PIST.** *Germen* ovatum. *Styli* quinque, longi, re-  
 flexi, pubescentes. *Stigmata* simplicia.

**PER.** *Fructus* ovatus, compressus, multangulus,  
 sulcatus, tectus calyce succulento.

**SEM.** solitarium, rotundum, compressum.

**I. ACNIDA.**

*Cannabis* foliis simplicibus. *Gron Virg.* 192.

*Cannabis virginiana*, *Baub.* pin. 320.

192 **PHRYMA.** *Leptostachia*. *Mitch.* 11.

**CAL.** *Perianthium* monophyllum, tubulosum, te-  
 retiusculum, persistens: ore erecto, bifido:  
*Labio superiore* longiore: Dentibus tribus,  
 subulatis, conniventibus; *L. inferiore* obtuso,  
 bifido.

**COR.** monopetala, ringens. *Tubus* longitudine  
 calycis, *Labium superius* brevius, subovatum,  
 emarginatum, rectum, patulum. *L. inferius*  
 majus, patentius, trifidum: intermedia pro-  
 ductiore.

**STAM.** *Filamenta* quatuor, utrinque bina, supe-  
 riora breviora. *Antheræ* subrotundæ, conni-  
 ventes, in fauce corollæ.

**PIST.** *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, lon-  
 gitudine staminum. *Stigma* obtusum.

**PER.** nullum. *Calyx* immutatus, sulcatus, connivens.

E

SEM.

SEM. unicum, oblongum, teretiusculum, hinc  
sulcatum.

1. PHRYMA.

Leptostachia. *Mitch. gen. 11.*

Verbena racemo simplicissimo, floribus sessilibus, calycibus fructus reflexis racemoque appressis. *Gron. virg. 7. Roy. lugdb. 536.*

1093 ONOCLEA. Angiopteris *Mitch. 29.*

FUCTIFICATIONES in spica racemosa.

CAPSULÆ globosæ, unilocularis, quinquevalves: valvulis lanceolatis, acutis.

SEM. numerosa, parva, scobiformia, longa, villosa.

REC. proprium seminum columnare, erectum, singulum ad basin singulæ valvulæ.

1. ONOCLEA

Osmunda frondibus pinnatis, foliis superioribus basi coadunatis, omnibus lanceolatis pinnato subulatis. *Hort. Cliff. 272. Gron Virg. 196.*

Felix mariana, Osmundæ facie, racemitera. *Pluk. Mant. 80. t. 404 f. 2.*

Polypodium virginianum majus, Osmundæ facie, tenerius *Moris. Hist. 3. p. 563. f. 14. t. 2. f. 10.*

PARS POSTERIOR

GENERA MISCELLANEA:

1094 ELYMUS.

CAL. Involucrum tetraphyllum, distachyon: foliis duobus singulæ spiculæ subjectis, subulatis, acuminatis.

*Perianthium nullum*

COR. bivalvis: *valvula exterior* majore, acuminata, aristata; *v. interior* plana.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria, brevissima. *Antheræ* oblongæ, basi bifidæ.

PIST. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, divaricati, pilosi, inflexi. *Stigmata* simplicia.

PER. corolla semen involvit.

SEM. unicum, lineare, hinc connexum.

1 ELYMUS foliis mucronatis pungentibus.

*Secale* spiculis geminatis. *Fl. su. 106.*

2 ELYMUS spica flaccido-pendula, spiculis geminis.

*Elymus* spicula flaccido-pendula. *Hort. Ups. 22.*

3 ELYMUS spica nutante, spiculis inferioribus ternis, superioribus geminis.

*Habitat in Canada; lecta a D. Kalmio.*

4 ELYMUS spica erecta, involucri spicula longioribus.

*Elymus* aristis spiculis longioribus *Hort. Ups. 22.*

5 ELYMUS involucri reflexo-patentibus.

*Habitat in Europæ australis maritimis.*

1005 NUMMULARIA.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: foliolis ovatis, persistentibus.

COR. *Petala* 5, bipartita, obtusa, æqualia.

STAM. *Filamenta* tria, filiformia, corolla breviora. *Antheræ* subrotundæ.

E 2

PIST.

PIST. *Germen* subrotundum. *Styli* tres, filiformes.  
*Stigmata* obtusiuscula.

PER. *Capsula* ovata, unilocularis, apice trivalvis.

SEM. plurima, subrotunda.

1 NUMULARIA foliis subcordatis.

Alfene foliis subcordatis, stipulis utrinque quaternis. *Hort. Ups.* 24.

2 NUMULARIA foliis ellipticis carnosis.

Alfene foliis ellipticis succulentis. *Cold. Novob.* 9.

3 NUMULARIA foliis orbiculatis hirsutis.

Alfene foliis orbiculatis hirsutis, floribus sessilibus. *Roy.*

*Habitat in malabarica.*

1096 KNOXIA. *vide Fl. Zeyl.* 189.

1097 SALVADORA. *Garcin.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, quadrifidum: lobis revolutis.

COR. nulla

STAM. *Filamenta* quatuor, longitudine calycis, reflexa, receptaculo inserta. *Antherae* rotundae.

PIST. *Germen* subrotundum. *Stylus* unicus, brevis.  
*Stigma* simplex, obtusum, umbilicatum.

PER. *Bacca* globosa, unilocularis.

SEM. unicum, sphaericum, arillo calloso vestitum.

1 SALVADORA. *Act. angl.* 1749. n. 491.

*Frutex* foliis oppositis, racemo terminali.

*Habitat ad sinum Persicum*

1098 SCOPARIA.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quadripartitum, concavum: laciniis tenuibus, scabris.

COR. monopetala, patens, concava, quadripartita: laciniis obtusis, æqualibus.

STAM. *Filamenta* quatuor, æqualia, subulata; corolla breviora. *Antheræ* simplices.

PIST. *Germen* conicum. *Stylus* subulatus, longitudine corollæ, persistens. *Stigma* acutum.

PER. *Capsula* oblongo-conica, acuminata, unilocularis, bivalvis.

SEM. plurima, oblonga.

I SCOPARIA.

Capraria foliis ternis, corollis quadripartitis.  
*Hort. Cliff.* 320.

1099

636 CAPRARIA

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, oblongum: laciniis linearibus, erectis, distantibus, persistentibus, corolla  $\frac{1}{2}$  brevioribus.

COR monopetala, campanulata, semiquinquefida, subæqualis: laciniis oblongis: superioribus duabus erectioribus.

STAM. *Filamenta* quatuor, subulata, basi corollæ inserta, corolla dimidio breviora, quorum duo inferiora paullo breviora, *Antheræ* cordatæ.

PIST. *Germen* conicum. *Stylus* filiformis, staminibus longior. *Stigma* cordatum, bivalve, æquale.

PER. *Capsula* oblongo-conica, apice compressa, bilocularis dissepimento contrario.

SEM.

## 1099 SIBTHORPIA.

- CAL.** *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, patens: Foliolis ovatis, persistentibus.
- COR.** Monopetala, quinquepartita, patens, æqualis, longitudine calycis: laciniis rotundatis.
- STAM.** *Filamenta* quinque, capillaria, corollæ inferta, eaque breviora. *Antheræ* subrotundæ.
- PIST.** *Germen* orbiculatum, compresso-planum, *Stylus* cylindricus, filamentis crassior, longitudine floris. *Stigmata* duo, crassiuscula, persistentia.
- PER.** *Capsula* compressa, orbiculata, scabra, bivalvis, bilocularis: Dissepimento transverso.
- SEM.** nonnulla.

1 SIBTHORPIA foliis reniformi-subpeltato crenatis.

Chrysofplenium cornubiense. *Petiv. herb. 6. 11.*

Alfina spuria pusilla repens, foliis saxifragiæ aureæ. *Raj. Brit. 17. angl. 3. p. 352. Pluk. alm. 23. t. 7. f. 6.*

*Habitat in Cornubia, Devoniam in udis aggeribus*

**SEM.** plurima, subrotunda.

## 1 CAPRARIA.

Capraria foliis alternis, corollis quinquesidis. *Hort. Cliff. 320.*

*Distinctis genere speciebus, & characteres distinguantur.*

1) *Sibthorpia* 1. *Facies & Caulis* Hydrocotyles, *Folia* Chrysofplenii, *Fructus* Veronicæ. *Caules* filiformes, repentes, minus ramosi. *Folia* alterna, remo-

2. SIBTHORPIA foliis orbiculatis integris crenatis, pedunculis solitariis.  
 Chrysofplenii foliis planta aquatica, flore flavo pentapetalo. *Sav. afric. 149. f. 149.*  
*Habitat in Africa.*
3. SIBTHORPIA foliis reniformibus crenatis, pedunculis binis. *vide Pluk. phyt. 257. f. 5.*
- 1100 ANABASIS *vide Plant. Camsebat. pag. 15.*
- 1101 ALDROVANDA. *Mont.*
- CAL. *Perianthium* quinquepartitum, erectum, æquale, persistens.
- COR. *Petala* 5, oblonga, acuminata, longitudine calycis, persistencia.
- STAM. *Filamenta* 5, longitudine floris. *Antheræ* simplices.
- PIST. *Germen* globsum. *Styli* 5, brevissimi. *Stigmata* obtusa.
- PER. *Capsula* globosa, obsolete pentagona, quinquevalvis.
- SEM. decem, oblongiuscula, interno pericarpium parieti affixa.

I AN.

*remotissima, petiolata, subpeltato-reniformia, suborbiculata, altero latere debiscentia ad centrum, horizontalia, notata crenis sex in lobos septem obsoletos, margine adpersa Pilis paleaceis, vagis, remotis. Flores axillares, solitarii, pedunculati: Pedunculo filiformi, petiolis saepius brevioribus, ad apicem Bractea subovata. Flos incarnatus magnitudine Limoselle. Siccam misit ad Dn. Præsidentem Cl. Hump. SIBTHORPIUS, Profess. Botan. Oxoniensis.*



**1 ANDROVANDA** *Act. Bonon. 2. part. 3 p. 404. t. 12*  
 Lenticula palustris indica, foliis subrotundis  
 binis capillamentis ad imum barbatis. *Pluk.*  
*alm. 211. t. 41. f. 6.*

**1102 AGAVE.**

**CAL.** nullus.

**COR.** monopetala, infundibuli-formis; *Limbo* sex-  
 partito, æquali: laciniis lanceolatis, erectis.

**STAM.** *Filamenta* sex, filiformia, erecta, corolla  
 duplo longiora. *Antheræ* lineares, filamentis  
 $\frac{1}{2}$  breviores, versatiles.

**PIST.** *Germen* oblongum, utrinque attenuatum,  
 sub receptaculo floris. *Stylus* filiformis, lon-  
 gitudine staminum, trigonus. *Stigma* capita-  
 tum, trigonum.

**PER.** *Capsula* oblonga, triangularis, utrinque at-  
 tenuata, trilocularis, trivalvis.

**SEM.** numerosa.

**1 AGAVE** foliis dentato spinosis, scapo ramoso.  
 Agave foliis spinoso-dentatis mucronatisque  
*Hort. Ups. 81.*

**2 AGAVE** foliis dentato-spinosis, scapo simplicissimo.  
 Aloe foliis lanceolatis spina cartilaginea ter-  
 minali, floribus alternis sessilibus. *Gron.*  
*Virg. 152.*

**3 ALOË** foliis integerrimis.

Aloe foliis integerrimis patentiusculis, aculeo  
 terminatis, radice caulescente. *Hort. Cliff. 132.*

*Huic etiam videtur accedere* Aloe africana arbo-  
 rescens, floribus albicantibus fragrantissimis.  
*Comm. hort. 2. p. 7. t. 4.*

1103 GYPSOPHILA.

CAL. *Perianthium* campanulatum, angulatum, quinquepartitum: foliolis ovatis, persistentibus.

COR. *Petala* 5, ovata, obtusa, patentia, subsessilia.

STAM. *Filamenta* 10, subulata, patentia. *Antheræ* subrotundæ.

PIST. *Germen* subglobosum. *Styli* duo, filiformes, dehiscentes. *Stigmata* simplicia.

PER. *Capsula* globosa, unilocularis, quinquevalvis.

SEM. plurima subrotunda.

1 GYPSOPHILA foliis mucronatis, floribus aggregatis.

*Caryophyllus saxatilis*, *ericæ foliis*, umbellatis corymbis. *Baub. pin. 211. Magnol. monsp. 5.*

2 GYPSOPHILA foliis lanceolatis scabris, corollis recurvatis.

*Alfina frutescens*, *caryophylli folio*, flore parvo albo. *Gerb. italis 15.*

3 GYPSOPHILA foliis lanceolatis, staminibus pistillo brevioribus.

*Alfina orientalis altissima*, *gramineo folio*, flore albo. *Buxb. cent. 3 p. 32. t. 60.*

*Alfina angustifolia caryophylloides multiflora* glabra purpurascens, radice astragaliti. *Pluk. alm. 22. t. 75. f. 2.*

4 GYPSOPHILA foliis lanceolatis subtrinerviis.

*Saponaria calycibus pentaphyllis*, corymbis fastigiatis, foliis lanceolatis, caule ascendente.

*Hort. Upl. 107.*

5. GYPSOPHILA foliis lanceolato-linearibus subtriquetris lævibus obtusis.

Saponaria calycibus pentaphyllis, corymbis fastigiatis, foliis linearibus, caule ascendente.

*Fl. Su. 246. It. Gott. 282.*

6. GYPSOPHILA foliis lineari-lanceolatis, planis caule dichotomo, petalis emarginatis.

Saponaria caule dichotomo, foliis subulatis planis *Hort. Cliff. 445.*

7 GYPSOPHITA foliis linearibus planis, caule dichotomo, petaliscrenatis.

Saponaria calycibus pentaphyllis, corollis crenato-emarginatis, foliis subulatis planis. *Fl.*

*Su. 347.*

1104 CALLITRICHE. *Stellaria Dill.*

\*) *Masculi flores.*

CAL. nullus.

COR. *Petala* duo, compressa, incurva, acuminata, opposita, æqualia.

STAM. *Filamentum* unicum, longum, recurvum. *Antheræ* simplices.

\*) *Feminei flores in eadem planta.*


CAL. nullus.

COR. *ut in mare.*

PIST. *Germen* oblongum. *Styli* duo, capillares, recurvi.

PER. *Capsula* subrotunda, quadrangularis, compressa, bilocularis.

SEM. bina, oblonga.



## I CALLITRICHE

Corispermum foliis oppositis. *Fl. Lapp. 2. Fl. su. 3.*

## II 105 AXIRIS.

\* *Masculi flores in amenta digesti.*

CAL. *Perianthium* tripartitum, patens, obtusum.

COR. nulla

STAM. *Filamenta* tria, linearia, patentia. *Anthere* subrotundæ.

\* *Feminei flores sparsi.*

CAL. *Perianthium* pentaphyllum, concavum, obtusum, connivens, persistens: foliolis duobus exterioribus brevioribus.

COR. nulla.

PIST. *Germen* subrotundum. *Styli* duo, capillares. *Stigmata* acuminata.

PER, nullum. *Calyx* foliolis tribus majoribus arcte fermen involvens.

F 2

SEM.

10 CORISPERMUM. *Juss.*

CAL. nullus.

COR. *Petala* duo, compressa, incurva, acuminata; opposita, æqualia.

STAM. *Filamenta* 1 (rarius 2, 3, 4, 5) filiformia, petalis breviora. *Anthere* simplices.

PIST. *Germen* acutum, compressum. *Styli* duo, capillares. *Stigmata* acuta.

PER nullum.

SEM. unicum, ovale, compressum, latere altero gibbum, margine acuto.

1 CORISPERMUM floribus lateralibus. *Hort. Ups. 2.*

2 CORISPERMUM spicis squarrosis. *Hort. Ups. 3.*

SEM. unicum, oblongum, compressum, obtusum, apice marginato.

1. AXIRIS foliis lanceolatis, tomentosis, floribus femineis lanatis.

*Habitat* ad archipelagum & in Tataria.

2. AXIRIS foliis ovatis caule erecto, spicis simplicibus.

Atriplex montana incanescens, latiusculo folio non sinuato, fructu in thyrsum squarrosis nigricante patulo. *Amm. Rbut.* 230?

3. AXIRIS foliis ovatis, caule erecto, spicis conglomeratis.

*Habitat* in Sibiria. *Gmelin.*

4. AXIRIS foliis obovatis, floribus capitatis.

*Habitat* in Siberia *Gmelin.*

1106 IVA. Tharchonanthus *Vaill. act.* 1719.

CAL. *communis* subrotundus: foliolis 3 s. 5, subovatis, obtusis, subæqualibus, persistentibus, continens flosculos plurimos.

COR. *Composita*, convexa: *Corollule Masculæ* plurimæ in disco: *Femineæ* quinque in ambitu.

*Propria Masculis* monopetala, infundibuliformis, quinquedentata, longitudine calycis.

*Femineis* nulla.

STAM. *Masculis Filamenta* quinque, setacea, longitudine corollulæ. *Antheræ* erectæ, approximatae.

PIST. *Femineis Germen* oblongum, longitudine calycis. *Styli* duo, capillares, longi. *Stigmata* acuta.

PER.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. solitaria, nuda, longitudine calycis, superne crassiora, obtusa.

REC. interstinctum Paleis linearibus.

1 IVA foliis lanceolatis, caule fruticoso.

Parthenium foliis lanceolatis ferratis. *Hort. Cliff.* 442

2. IVA foliis lanceolato-ovatis, caule annuo.

*Hort. Ups.* 285.

1107 OPHIOXYLON. *vide Fl. Zeyl.* 398.

1108 TORENIA:

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulosum, angulatum, persistens, bifidum: *Labio superiore* tricuspidi. *L. inferiore* angustiore, integerrimo.

COR. monopetala, ringens: *Labio superiore* integro; *L. inferiore* trifido: intermedia productiore.

STAM. *Filamenta* quatuor: superiora duo simplicia, inferiora duo bipartita: ramulo inferiore brevior sterili.

*Antheræ* didymæ, per paria contiguæ.

PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, superne crassior. *Stigma* bifidum, acutum.

PER. *Capsula* oblonga, bilocularis.

SEM. plurima.

1 TORENIA

Kaka-pu. *Rheed. mal.* 9. p. 103. t. 58.

Habi-

*Habitat in India unde allata a D. Toreni nostrate, qui hanc plantam cum variis aliis collegit & communicavit.*

1109. ISOETES *It. Scenic. 420.*

\* *Masculi flores solitarii intra basin foliorum interiorum.*

CAL. *Squama cordata, acuta, sessilis.*

COR. nulla.

STAM. *Filamentum nullum. Anthera subrotunda, unilocularis.*

\* *Feminei flores solitarii intra basin foliorum exteriorum ejusdem plantae.*

CAL. *ut in Masculis.*

COR. nulla.

PIST. *Germen ovatum intra folium. Stylo stigma, teque occultatis.*

PER. *Capsula subovata, bilocularis, intra basin folii recondita.*

SEM. *numerosa, globosa.*

I ISOETES *It. scan. 417. t. 419.*

*Marsilea; foliis subulatis semicylindricis articulatis. Fl. su. 996.*

1110 SPLACHNUM. *Mont.*

\*) *Masculus pedunculo ex apice ramulorum elevatus.*

CAL. *Calyptra conica, laevis, caduca.*

ANTHERA *cylindrica; operculo hemispherico, oris margine acute crenato.*

RECEPTACULUM. *Apophysis expansa, colorata, maxima.*

\*) *Femineus flos in diversa planta, terminalis.*

CAL

AL. *Communis stellaris, sessilis; constans foliolis pluri-*  
*bus, subulatis, undique divergentibus.*

IST. *filiformia, centralia.*

EC *Paleis interstinctum coloratis, setaceis, longitudine pi-*  
*stillorum.*

SPLACHNUM *umbraculo inflato turbinato.*

*Bryum ampullaceum, foliis thymi pellucidis, colle*  
*strictiore. Dill. Musc. 343. 4. 44 f. 3.*

SPLACHNUM *umbraculo membranaceo convexo.*  
*Diff. de splach. 8. f. 2.*

SPLACHNUM *umbraculo membranaceo plano. Diff. de*  
*splachno 9. f. 1.*

III GAVRA

AL. *Perianthium monophyllum: germiini insidens, deci-*  
*dium: Tubus cylindricus, longus, basi crassior, conti-*  
*nens Glandulas 4, oblongas, adnatas; Limbus quadri-*  
*partitus: laciniis oblongis, reflexis*

OR. *Petala 4, oblonga, adscendentia versus latus superius,*  
*æqualia, unguibus angustis, calycis tubo imposita.*

TAM. *Filamenta octo, filiformia, superne latiora, recta,*  
*corolla breviora; Glandula nectarifera conica intra*  
*basin singuli. Antheræ oblongæ, versatiles.*

IST. *Germen oblongum, infra receptaculum. Stylus fili-*  
*formis, longitudine staminum, Stigmata quatuor, te-*  
*retia, ovata, patentia.*

ER *Capsula ovata, tetragona, quadrangularis; angulis*  
*compressis.*

EM *solitaria, oblonga, angulata.*

GAURA.

*Habitat in Virginia, Canada.*

*Media inter Epilobium & Oenotheram, biennis, alta.*

TARIN



TRIANDRIA.	Digyna	XIV	<i>Elymus</i>	1094	
	Trigyna	XLII	<i>Nummularia</i>	1095	
TETRANDRIA.	Monogyna	XLVII	<i>Lechea</i>	1074	
		XLIV	<i>Knoxia</i>	1096	
		XLIII	<i>Mitchella</i>	1033	
			<i>Salvadora</i>	1097	
			<i>Scoparia</i>	1098	
PENTANDRIA.	Monogyna	LI.	<i>Dodecatheon</i>	1089	
			<i>Sibtorpia</i>	1099	
	Digyna	LIII.	<i>Anabasis</i>	1100	
	Trigyna	LII.	<i>Sarothra</i>	1071	
HEXANDRIA.	Monogyna		<i>Zanthoxylum</i>	1082	
		XLVI.	<i>Aldrovanda</i>	1101	
		II.	<i>Agave</i>	1102	
		II.	<i>Aletris</i>	1070	
		I.	<i>Orontium</i>	1080	
OCTANDRIA.	Monogyna	IX.	<i>Helonias</i>	1077	
		LIV	<i>Dirca</i>	1078	
		XL	<i>Gaura</i>	1111	
DECANDRIA.	Monogyna	XXIV	<i>Kalmia</i>	1079	
		XXIV	<i>Epigæa</i>	1081	
		XXIV	<i>Gaulteria</i>	1083	
		Digyna	XLVI	<i>Tiarella</i>	1084
			XLII	<i>Gypsophila</i>	1103
DIDYNAMIA	Gymnosperma	LIX	<i>Poryma</i>	1093	
	Angiosperma	LIX	<i>Torenia</i>	1104	
MONADELPHIA.	Polyandra	XXXIV	<i>Napæa</i>	1085	
DIADELPHIA	Decandra	LV	<i>Cracca</i>	1094	
SYNGENESIA	Polyg. necess.	XXI	<i>Polymnia</i>	1086	
GYNANDRIA	Diandra	IV	<i>Aretbusa</i>	1087	
MONOECIA	Monandra	LIII	<i>Callitriche</i>	1105	
	Triandria	LIII.	<i>Axiris</i>	1106	
	Pentandria	XVII	<i>Fua</i>	1107	
DIOECIA.	Pentandria	XX	<i>Acnida</i>	1098	
POLYGAMIA	Monoica		<i>Ophioxylon</i>	1108	
CRYPTOGAMIA	Filicina	LXIV	<i>Onoclea</i>	1099	
			<i>Iloëtes</i>	2100	
		Muscosa	LXV	<i>Splachnum</i>	1112